



1
1

29

3

4

5

6



DISPVATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

PROPOLIO
IVSTE PROHIBITO

vom rechtmäßigen Verbot

des schädlichen Vorkaufs,

Q V A M

INDVLTU MAGNIFICI ICTOR. ORDINIS
IN ILLVSTRISSIMA EBERHARDINA

P R A E S I D E

DN. MICHAEL GRASSO,

V. I. D.

COD. NOVELL. ET CRIMINAL. SANCT. P. P.
ET CONSILIARIO WVRTENBERGICO

DIE XII. IVN. MDCCL.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE HONORES CONSEQVENDI

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINE SISTIT

IOH. SIGISMVNDVS WERNBERGER,

N O R I M E.

EDITIO TERTIA.

TVBINGAE, MDCCLXV.

174

1702, 26

4

17

DISPUTATIO INVALICUALIS IURIDICA

DE

PROPOLLIO

INSTE PROHIBITO

DE

DEBILITATIONE

DE

INVESTIGATIONE MAGNIFICENTIAE

IN ILLUSTRISSIMA BIBLIOTHECA

PRAESENTIA

DR. MICHAEL GRASSO

ET

CONNOVIT ET CRIMINALIS

ET CONSILII WERTBERGICO

PRO LICENTIA


STIMULI IN HONORE CONNOVENDI

DE

CONNOVENDI WERTBERGICO

TYBINGAE MDCCLXX





PROOEMIUM.

Rectissime omnino GERHARD. quaest. Polit.
d. 9. qu. 8. licitam mercaturam pronun-
ciat, si ad finem honestum dirigatur, et
ad sustentationem familiae, pauperum,
Reipubl. si lucrum habeat moderatum, si
fiat sine mendacio atque periurio, sine impostura et iniuria.
Et haec tenet quoque a vero non abludivit BODINI de Rep.
l. 3. c. 8. pag. 571. eam civitatibus non tantum utilem, sed
etiam honestam, nec solum honestam, sed etiam necessariam
depraedicantis elogium. Ea ipsa enim indigentiae omnium
et singulorum efficacissime succurritur ipsaque Civitas in
florentem statum quam facile euekitur atque conseruatur,
testibus tot urbibus atque Emporiis in et extra Germaniam
nostram hoc praepotentioribus, quo commerciis usquequa-
que nobiliores extiterunt. BODIN. d. l. ubi Norimbergam
ipsam quoque inter alias in exemplum adducit. HIPPOL. 2.
A 2 COL.

COLLIBVS intr. de increm. vrb. c. 14. Huic vero qui nomen dederunt quoties prae immoderata habendi cupiditate atque auaritia hoc vnice agunt, vt annonae pretium mirum quantum intendant, et ita ingrauescente vndique caritate iniquo prorsus, quod affectant, lucro subito ditescant, toties dignissimos se reddunt ista CUIACII 10. O. 19. hoc hominum genere nil fraudulentius, nil iniquius esse asserentis non indigna censura. Dum enim omnia vtilia aliis praeripere et ad se solos pertrahere ardent, eo ipso conciuēs suos pedetentim fame tabescere faciunt, et quasi excoriant, ac tandem ipsam Rempublicam pessundant. Non innumes plane sunt ab hoc vitio iniusti illi propolae, qui varii generis merces coemunt ea intentione, vt coemptas eas supprimant, donec carius reuendere possint, secundum illud Germanicum: Durch Kauf, Zirkauf und Aufkauf, böser Mängen freyer Kauf, wird der Arme gefressen auf. AHASV. FRITSCH in tractat. de monopol. cap. 5. num. f. Laudatissima itaque illa Legislatorum, tum Romanorum, tum Germanorum est Prouidentia, qua variis poenalibus mandatis atque sanctionibus huic malo mederi discipiunt: Nec indigna nobis visa est ea materia discussione quadam inaugurali, quam, breuiori admodum tempore adornandam, quamuis non eo, quo decet, exactiori labore profecti fuerimus, non tamen, vt inuenusta prodeat, plane inutilem eam fore speramus, ipsaque rerum series et in foro commendatior vsus id penitus demonstrabit.



TRACTATIO IPSA.

§. I.

Propolium est vocabulum origine Graecum, derivatum atque compositum ex praepositione *πρὸς*, quae significat *ante*, et *πωλέω*, quod est *vendo*, et *πωλή* venditio, ex ratione tum *penuriae vocabulorum* numerosiori rerum atque negotiorum multitudini haud sufficientium, edicente *VLPIANO* in *l. 4. ff. de P. V.* tum *commoditatis* rem prae aliis significantius, quae est Graecae Linguae prae reliquis magis propria virtus atque felicitas, exprimendi et repraesentandi, in civitatem Latinam pedetentim translatum et adoptatum: non secus ac cum voce *monopolii* olim acitatum fuisse vestigia hinc inde leguntur, inprimis apud *SVETONIUM* in *vit. Tiberii c. 71.* ubi refert, Imperatorem Tiberium semper in Senatu maxime graeco sermone abstinuisse, adeo ut monopolium aliquando significaturo cum aliud ex vocibus Romanis haud suppeteret, veniam prius sibi postulauerit, quod exotico verbo uti cogeretur. *BRISSON.* de *Verb. sign. h. voc.* *GOTHOFR.* in *not. ad rubr. Cod. de monopol.* *MORNAC.* *ibid.* Ande tempora Ciceronis enim lege cautum esse traditur, ne quis Romae graece oraret. *HERM. HERMES* in *fasc. Jur. publ. c. 39. n. 13.* quod adeo stricte observatum fuisse, ut ne quidem Graecorum Legatis Romae aliter responsa, quam latine darentur, illis non nisi per interpretem ad Romanos loqui integrum esset, refert *VALER. MAXIM.* *lib. 2. c. 1. rubr. de Eumene Rege Asiae*, laudans hac in parte Romanorum studium suam et vernaculae suae majestatem atque eminentiam latius per omnes gentes ita praepotenter diffundendi: quemadmodum nec Praetorum decreta aliter quam latine reddita fuisse accepimus teste *ICTO* in *l. 48. ff. de Re iudic.* Vnde sero admodum in actionibus Iuridicis exoticam linguam vsurpari permissum fuit,

veluti in vsum tandem venisse legitur in materia testamentorum *l. 21. §. ult. C. de testam. l. 14. C. de testam. manum.* Conventionum *§. 1. I. de V. O.* Sententiarum et Decretorum Iudicialium, *l. 12. C. de sent. et interloc.* cuiusmodi ex modo allatis rationibus facta in forum Romanum receptio vitio verti nullatenus potest aut debet, vt recte animaduertit HERM. *d. l.* Et vti quoad notationem vocis *monopolii* illorum sententia adeo placere non potest, qui illud repetunt a dictionibus *μόνῳ*, solus, et *πόλις*, ciuitas, quasi sit vnica in ciuitate negotiatio, PLACENTIN. et AZO ad *C. tit. de monopol.* quia nec significationi vocis adeo bene conuenit, ac illa, quae ab ipso vendendi actu rectius deducitur. ALBERIC. de ROSATE in *vocab.* MATTH. MARTIN. in *Lex. Philol.* et SCHARD. in *lex. Iurid. voc. monopolium.* ita multo minus eam accommodare licebit ad vocem hanc nostram, cum anticipata istiusmodi venditio et emptio iniustitiam alat, siue in ciuitate, siue extra eam fiat, idque vitii ei adhaereat non ex *conditione loci*, sed ex *ratione actus prohibiti*, vti dilucidius ex infra deducendis patebit. Latino sermone non inconcinne exprimitur per vocem *Praeemptionis*, illiciti mercimonii, quatenus Annonae flagellandae vel maxime inseruit, nomine non immerito venientis, illustr. dum viueret, DN. MEV. *consil. 50. num. 15.* quam *coemptionem* vocat GROT. de *Iur. Bell. et P. Lib. 2. c. 12. §. 16. et l. 2. cap. 2. §. vltim.* et ICtus POMPONIVS in *l. 11. ff. de Neg. Gest.* idiomate nostro audit ein *Zürkauf*, *Aufkauf*, *Vorkauferey*. Reform. Polit. de anno 1548. *tit. 18.* et de ao. 1577. *tit. 18. ibi in rubr.* die *monopolia* und *schädliche Auf- und Zürkauf* belangend. Ordin. Prou. Würtemb. *tit. 17. rubr. von schädlichen Zürkauf.* Quo pacto *Propolae* recte dicuntur negotiatores, qui merces praemunt, et coemunt, vt postea pluris vendere queant, quo pertinet locus Ciceronis in *orat. contra Pison.* ita scite scribentis: *Pistor domi nullus, nulla cella, panis et vinum a*

pro-

propola, atque decupa: quod praeunte Budaeo, binis separatis vocibus *dictionem de cupa* accipiente, hunc in modum interpretatur CALEPIN. *in voc. Decupa*: Scilicet Pisonem non viuere frugaliter, et vt solent, quibus cura rei domesticae cordi est, sed vinum a propolis (tanquam res coemptas carius et non nisi cum lucro reuendere assuetis) emere, atque id e cupa i. e. non diffusum, aut asseruatum, sed quemadmodum e cupa affertur, h. e. pene mustaceum, in futuros annos sibi suaeque familiae minime prouidentem. Consiueuerunt hi ipsi vt plurimum res *minutatim* emere, et eodem modo reuendere, contradistincti haecenus eis, qui *Solidarii* et *Grossarii* appellantur. Vid. BUDAEOVS *in annotat. ad ff. tit. de off. quaest. pag. m. 221.* ibi: *Oblatio, quae auxilia nunc dicimus, vt octauo vini beminatim diuenditi, et vicesima eius quod cuppatim culeatimque venit reliquarumque mercium, quaeque a Solidariis negotiatoribus venduntur, quos Grossarios appellant, quaeque a Minutariis et venditoribus, qui et Propolae dicuntur, non sua vendentes, sed a negotiatoribus empiricata pluris postea venditantes.* Appellantur Germanice die *Vor- oder Fürkäuferer, Aufkäuferer*, et specie pro genere posita, *Korn- und Weinjuden, Stadtwölfe.* HERING. *de molendin. mantiss. 3. de fam. annon. Dardan. et c. n. 45.* IOH. PHILIPP. *in vsu pract. Instit. Eclog. 95. n. 2.* Gallice ex alia huius negotiationis parte *Revendeur*: Italice *Revenditore*. Eodem modo et *Pantopolae* dicuntur a πάντων πωλείων, i. e. omne vendere, unde πάντοπωλείον, forum publicum. vid. MARTIN. *voc. h. CVIAC. lib. 10. O. 19.* GOTHOFRED. *in not. ad l. 6. ff. de extraord. crim. sub praesidio B. Dn. BRVNEMAN. Dn. SAM. STRYK. de Dardanar. c. 1. n. 10.* HERING. *d. l. Propolae et Pantopolae*, vt et *Dardanarios* pro synonymis venditantes, quibus *ex generaliori* vocum sensu concedere id haud subsistimus, quippe quo alias adhuc dum appellationes non respuunt, dicti etiam Pan-

cometaboli, Annonae flagellatores, Danistae, foeneratores, Venalitarii, Annonarii, Seplasiarii. STRVV. *Dissert. de annon. th. 27.* KLOCK. *de Contribut. cap. 1 n. 359. seqq.* THEODOR. *in Colleg. Crim. c. 9. apb. 2.* DINNER. *de iusto rer. pret. qu. 3. §. 3. pag. 25.* MÜLLER. *in addit. ad Struu. S. I. C. Ex. 48. th. 80.* CVIAC. *d. 1. in specialiori* autem et hic loci proprio sensu, quatenus a Iuris atque Iustitiae norma deflectunt, Propolae differunt a Monopolis, vt et Dardanariis, tanquam species a genere. vid. SPEIDEL. *in specul. voc. Fürkauf.* add. KELLER. *de offic. Iurid. Polit. lib. 2. c. 18. p. m. 465. seqq.* Dn. STRYK. *de Dardanar. c. 2. per tot.* AHASV. FRITSCH. *in vr. de monopol. c. 2. n. 14. et c. 9. n. 17.* id quod sequens tractatio pluribus enucleabit.

§. II.

Propolium quod iuste prohibitum dicimus, rectius defini potest, quod sit *negotiatio quaedam illicita, qua quis subdole anticipata mercium, vsque dum carius reuendere, aliove modo iterum distrabere licet, suppressendarum coemptione, similis alio commercio, annonam cum non spernendo ciuium et Reipublicae damno rariorem et cariorem reddit, liberaeque istarum rerum commercia inturbat, onerat et excandescit.*

§. III.

Ex hac ipsa definitione, vti ex ipsius dissertationis frontispicio, satis superque patet, nobis non esse propositum in discrimen hic adducere ea propolia, quae nec libertati commerciorum, nec Legibus aduersa ab illiciti Monopolii et Dardanariatus labe longe remota sunt atque aliena. Quem in numerum referre licet 1. *Oeconomicam istam rerum coemptionem*, qua quisque bonus paterfam. sibi suaeque familiae de rebus necessariis innocenti consilio in tempore prospicit, eaque ita conquirendo suae suorumque vtilitati seruit. Qua ipsa vt

ut

vt saepius accidat conciuum alios commoda ea res istas sibi quoque, vel in tanta copia, vel saltem aeque iusto pretio, comparandi occasione in posterum destitui, et lucrum hactenus aut commodum quoddam ita sibi interceptum aut interuersum queri debere, exinde tamen ille iniusti Propolae nomen non meretur, cum sine intentione alium laedendi, aut annonam supprimendi ac onerandi, sibi vigilauerit, et cuilibet regulariter competenti commerciorum libertate innocenter vsus fuerit. At id enim vt propolium illiciti mercimonii speciem referat, duo coniunctim requiruntur, fraudulenta scilicet rerum coemptio, et rerum ita coemptarum et praeceptorum subdola et lucri cupida suppressio, *l. 6. ibi: qui coemptas merces supprimunt ff. de extraord. crim.* Quicumque enim hoc agit sua coemptione, vt istarum mercium copia quadantenus deficere incipiat, et annona eo modo arctiore redditu carius vendendi occasio ipsi suppetat, is demum iniustus propola ex merito audit, quem et *Dardanariorum primicerium* vocare non reformidat Dn. SAM. STRYK. *de Dardanar. c. 2. n. 8.* Neque vero quod ex oeconomica illa ac licita negotiatione prouide commercianti lucelli aut utilitatis adiicitur, illud pro iniustitiae quodam symbolo reputare protinus licet, *arg. l. 24. §. ult. l. 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. 12. l. 21. ff. de aqu. quot. et aqu. plu. arc. act.* Suo iure etenim qui vitur, nemini iniuriam facere intelligitur. *l. 55. l. 151. ff. de R. I. l. 13. §. 1. de iniur.* vtut alter incommodo quodam exinde per indirectum afficiatur, aut saltem lucro quodam propterea carere cogatur. Vbi enim omnium aequale ius est, praerogatiua est in praeoccupatione, *MEV. p. 4. d. 39. n. 7. COTHM. vol. 3. Resp. 7. n. 14.* Et in concursu amor nostri amorem proximi cum exsuperat, id nefas non est, *l. 6. C. de seruit. et aqu.* Quamuis, quoad fieri potest, rectius inuicem ita attemperantur, vt veluti in aequilibrio positi, in mutuum quoddam consortium atque adiutorium coire videantur.

B

Lici-

Licitam itaque huiusmodi praemptionem sub prohibitione iniusti propolii nullatenus venire, dilucide ex his ipsis apparet. Luculentum huius rei exemplum Serenissimus in hoc Ducatu Legislator nobis exhibet, in der Landsordnung. tit. 57. §. 3. p. 122. ibi: Und die Hausvter und Streicher, so bis anher den Firkauß auf dem Lande und Städten wider die Ordnung gebraucht, abgeschafft seyn, und nicht mehr geduldet werden, ic. Jedoch hiermit unsern Unterthanen unbenommen seyn soll, NB. zu ihrem Hausbrauch und Wirthschafften, dergleichen essende Ding, auch ausserhalb der Märkte, zu bestellen und einzukaufen. Concordat tit. seq. 58. vom Fruchtkauß §. 3. p. 124. ibi; Doch soll hiemit unsern Unterthanen und Becken in Städten und Flecken nicht abgestriekt seyn, Früchte, wie auch ander essende Ding, zu eines jeden Hausgebrauch, Wirthschaft und Becken Handwerk Nothdurft zu kaufen ic. Non dissimili plane ratione, ac in casu statuti poenalis de frumento extra territorium non exportando is, qui vsus sui gratia illud exportare praesumpsit, eo ipso prohibitus nullo modo censetur. l. 4. §. 1. ff. de publican. l. 203. ff. de V. S. l. 5. C. de vectigal. et commiss. FRANC. VIVIVS in Comm. opin. 765. n. 12. BARTOL. ad l. caetera 41. §. Sed si parauit. 14. ff. de Legat. 1. n. 3. IOH. FR. RIPA de Peste c. 5. de Rem. ad cons. vbert. n. 109. post plures COLER. de Alim. l. 1. c. 17. n. 21. Communem hanc vocans opinionem: modo probari possit vsus sui causa se hanc euectionem suscepisse, vel saltem iuramento, cui hac in parte stabitur. VIV. d. l. n. 13. RIP. d. l. n. 110. quod adeo verum esse scribunt, vt si quis reuera frumentum pro vsu suo exportauerit, postea vero consilium suum mutauerit, et illud vendiderit, ille tamen hoc casu in poenam dicti statuti non incidat, per text. in l. 1. §. vnde quaerit Ofsilius. ff. de exerc. act. aliosue quos adduxit ALB. de ROSAT. de statut. p. 1. q. 79. HIPPOLIT. de MARS. sing. 86. IVL. CLAR. lib. sent.

sent. 5. §. f. q. 82. n. 37. Cum propositum primum bonum fuerit et directum in licitum istum finem, quod praeprimis attendendum venit. ALEX. *p. 3. conf. 1. n. 29.* RIPA *d. l. n. III. seqq.* add. BARTOL. *d. l. n. 4.* modo de eo constat, quod usus sui gratia exportauerit, alias facile fieri potest, vt contra eum exurgat et inualescat praesumptio in contrarium, innuens hoc ipsum, quod animus vendendi iam ab initio habuerit, sub propriae indigentiae et prouisionis domesticae larua facile reatum. BARTOL. *dict. loc.* RIPA *dict. loc. num. 113.* BAIARD. *in addit. ad Clar. d. l. lit. B.* quo deprehensio tantum abest, vt a poena statuta immunis pronuncietur, vt potius seuerè in eum animaduerti debeat, pro ratione circumstantiarum. Id namque Magistratus hic maxime praecauere debet, quo omnis fraus et ab illa rerum coemptione et ab illa exportatione, quae in usum proprium fieri dicitur, exulet. Rectissime iterum hanc in rem prouidentissimus Nomotheta Württemberg. in der Landsordnung. *d. t. 57. §. ult. p. 33.* Welche aber unter dem Schein ihrer Hausgebräuch oder Gremplerer irgend einem Ausländer einkaufen, oder wieder ausser unserm Herzogthum tragen und führen werden, sollen dieselbe nach gestalt ihres Verbrechens gestraft werden.

§. IV.

Inter propolia non omnino iniuste permessa numerari etiam potest 2. illa *coemptio negotiatoria, certis terminis circumscripta*, qua ex mercibus publice renum expositis, reliquas, quae intra statim temporis terminum, quo sibi suaeque familiae quisque ex conciuibus sufficienter prospicere potuit, inemptae manserunt, alicui, maxime qui promercales tales res habere solet, destinato ad id et praestituto tempore comparare licet et conquirere, etiam cum intentione eandem, vtut cum lucello aliquo, intra iustitiae acquitatisque terminos tamen consistente, indigentibus quamprimum, et omni tem-

pore, minutatim etiam, pro desiderio reuendendi. Saepius enim accidit, vt ciues eo tempore quo eiusmodi cum copia quadam et abundantia venundantur, vel iisdem plane non egeant, vel vtut egeant, ex defectu pecuniae emere impediatur, alio vero tempore, vbi pecunia quidem non deficit, penuria tamen istarum rerum eos premat: his ipsis isti propolae, aut venalitarii, vt dicuntur, quia in hunc casum subuenire possunt, actuque hoc, quicquid est commodi, praestant, necessitatiue consulunt, haec eorum negotiatio pro illicita prorsus haberi non debet. LOPEZ. de *Contract. lib. 1. c. 42. vers. Ad haec etc. pag. 256.* ANDR. de ISERN. ad 2. F. 26. de *pac. ten. vers. post natale. n. 26.* HERING. de *moleudin. mantiss. 3. n. 56.* BESOLD. et LINDENSP. ad O. P. W. t. 57. n. 7. vbi quod statutis ciuitatum interdicti soleat, ne propolae aut similes lucriones emere possint, nisi per certam horam diei. Quemadmodum in ciuitate Neapolitana huiusmodi hominibus coemptionem, nisi transacta hora nona, testis est MATTH. de AFFLICT. 2. F. 26. n. 5. Et in hoc Würtemberg. Ducatu, nisi *subducto vexillo*, liberi commercii singulis ciuibus pro comparandis sibi necessariis vitae subsidiis relictis, a nemine interuentu suo impediendi aut interceptiendi symbolo. O. P. W. t. 58. von Fruchtkauf. §. 6. p. 125. apposite hanc in rem, quod ad rei quidem frumentariae comparisonem, ita: Also auch wann auf den Kornmärkten unferß Herzogthums in den gesetzten Stunden so lang das Fähnlein aufgesteckt ist, unsere Burger und Unterthanen in selbiger Stadt gessen, zu ihrem Hausgebräuchen und Wirthschafften und die Becken in Verlegung des Handwerks, nach der Ordnung und Gebrauch einer jeden Stadt und Flecken, ihre Nothdurft kauft haben, und das Fähnlein wieder eingezogen, und noch Früchten unverkauft seyn und bleiben werden, soll alsdann männiglichen Ein- und Ausländischen, wer der ist, der Fürkauf zugelassen, und die Einländi-

ländische vor den Fremden alsdann keinen Vortheil haben, auch niemand daran verhindert werden, dazu seiner Gelegenheit nach solches verkaufen oder führen mag. Quoad aliarum rerum ammoniarum eduliorumque coemptionem, O. P. W. iir. praeced. 57. §. 4. p. 122. his ipsis: Diemeil auch unser Herzogthum ungleich ist, an einem Ort viel Vieh, und also auch Käse, Gänß, Hünner, Eyer und dergleichen Ding erzogen und gemacht werden, und an etlichen Orten daran Mangel ist; So sollen unsere Amtsleute, Burgermeister und Gericht an einen jeden Ort eine ziemliche, leidliche und billige Ordnung machen und fürnehmen, wie die Grempler und Fürkäufer in Städten auf den Wochenmärkten nach eingezogenen Fährlein, und in Flecken, alles nach eines jeden Stadt und Amts Gelegenheit, zu ihren Gewerben solche geringe Waaren, essende Ding und Kuchenspeisen kaufen mögen. Cum vero in proxime praecedentibus obuenerint dictiones Grempler, Gremplerey, alibi cuilibet non satis notae, de acceptione harundem pauca quaedam, quantum quidem pro meliori rerum intellectu sufficit, hic inspergere non abs re erit. Dicuntur Grempler illi, qui Latinis appellabantur *Scrutarii*, i. e. Scruta vendentes, et Gremplerey, quae *Scrutaria* audiebat, i. e. negotiatio circa *Scruta*, quae erant omnis generis reculae viles, et veteramenta, veluti attritae vsu vestes, dimidiatae strigiles, iumentorum soleae, refixi clauī, idque genus alia, quae vilissimi proxenetae in foro promercali, aut Scrutario, venalia habent, quo faciunt quae ex Lucilio A. GELL. *noct. Attic. l. 3. c. 14.* adducit:

*Quidni et Scruta quidem vt vendat, Scrutarius laudat
Praefractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.*

vid. CALEP. *voc. Scruta* quasi Grempelwert, Grempel et Grimpel contractum ex Gerimpel eas appellitatas reputat
MARTIN. *in voc. Scrutarius.* Alio quoque nomine *mangones* dici merentur: quo ipso, quamuis frequenter, secun-

dum excellentiam, quidem mancipiorum negotiatores veniant, qui seruos venales expositos emere praecoccupant, vt carius vendant: *ALCIAT. ad l. 207. ff. de V. S. n. 10. WEGNER. add. l. n. 11. GOEDD. ad l. 66. ff. eod. n. 2. in generatiori* tamen et non minus iuridico sensu illi indigentur, qui aliarum rerum venalitarum, h. e. in vsum indigentium venum expositarum negotiationem quaestus gratia exercent, qui *mercatoribus* opponuntur, et *venalitariis* propterea appellantur *in l. 207. de V. S.* quia ipsi a mercatoribus minutatim emunt, vt rursus vendant, vulgo etiam *reuenditores* dicti *ALCIAT. in d. l. n. 10.* Vnde et *SENECA de beneficiis l. 4. cap. 13. in fin. Mercator vrbibus prodest, Medicus aegris, mango venalibus:* Et solent etiam non raro res ita coemptas polire, interpolare, et quasi fucis quodam adornare et inducere, vt hoc carius reuendendi copia sit *l. 37. ff. de aedil. edict. vid. MARTIN. b. voc.* quemadmodum quoque id genus hominum ad lucrum potius, vel turpiter faciendum, pronius esse perhibetur *in l. 44. ff. de aedil. edict.* Vnde *magonizare* idem est, quod componere rem aliquam ad alliciendos emptores, quod *germanice* reddimus *aufbußen:* Inde etiam *magonizatos* equos dicimus. *SCHARD. in Lex. Iurid. voc. hac.* Quo pacto siue *Scrutarios*, siue *Mangones*, siue *Venalitarios*, aut *venalium istiusmodi rerum Negotiatores*, quaestus gratia coemptes et reuendentes dixeris die *Grempler*, eodem recidet.

§. V.

Liciti Propolii itidem vel maxime cenferi debet. *3. Coemptio directe in Reipubl. et communem omnium atque singulorum salutem per modum prouisionis in futuras necessitates facta:* qua tempore vberioris fertilitatis, et superabundantis rerum copiae necessaria vitae subsidia iusto tum temporis pretio comparantur, publicisque in horreis coaceruata praeseruantur, vt tempore arctioris annonae maiorisque indigentiae, fame

me atque inopia pressis non iniquo iterum pretio diuendi et distribui queant. Quo paratius haec ipsa nobis exhibet remedium praecauendi et corrigendi iniquiora annonam mirum quantum flagellare intendentium aucupia, insimulque Rempubl. eosque omnes et singulos, quorum necessitatibus succurrere vel ipsa Christianae Charitatis lege iubemur, ab interitū vindicandi et conseruandi, eo laudabilior, illustrior et fauorabilior est haec negotiatio, tantum abest, vt condigne iniquam illiciti mercimonii censuram patiatur. Parum admodum leges atque sanctiones, parum propugnacula, parum milites iuuerint, si populus inedia laborat: Populum famelicum non arma, non Magistratus, non leges, non pudor coercere valet, vti recte iudicat et pronunciat HIPPOL. a. COLLIB. *de increm. urb. c. 21.* Romanorum et Venetorum summam circa res annonarias curam et sollicitudinem prae aliis laudans: et hostibus quoque facile in praedam cedit, ac sine ferro vincitur Ciuitas, quae de necessario sibi suisque comiteatu in tempore non prospexit. VEGE. *de re milit. l. 3. c. 26.* Illustri admodum hanc in rem exemplo praeiuit, vel solo circumspectiori eiusmodi suo consilio, quo Aegyptum non modo ab interitu conseruauit, sed et ad summum perduxit fastigium, laudatissimus Eiusdem Pro-Rex Iosephus, *Genes. 41. v. 34. seqq.* quem à crimine iniusti siue Monopolii siue Propolii eo modo commissi rectissime solidis in medium allatis rationibus absoluit B. LVTHER. tr. von Kaufhandel. tom. 2. fol. 472. ibi: Ob jemand wolte ansehen Iosephs Exempel, wie der heilige Mann alles Korn im Lande einsammet, und darnach in der theuren Zeit dadurch erkauft alles Geld, Vieh, Land und Leute dem König in Egypten, welches ja scheint, als sene es auch ein monopolium oder Eigennutz gewest. Hierauf ist die Antwort, daß dieser Kauf und Handel Iosephs kein monopolium, sondern ein redlicher gemeiner Kauf gewest, wie er im Lande gewöhnlich war.

war. Dann er wehrete niemand zur guten Zeit einzukaufen. Es war aber seiner Weisheit von Gott gegeben, daß er des Königs Korn, da es 7. Jahr wohl gerieth, einsammlet, da die andern nichts oder wenig einsammelten. Dann der Text sagt nicht, daß er allein habe es eingesamlet in Städten des Königs. Haben das die andern nicht gethan, der Schade sey ihr, wie der gemeine Mann ohne Sorgen pfleget zu zehren, oder auch zuweilen nicht hat, daß er einsamle, ic. et porro: Es meldet die Schrift nicht, daß Joseph Korn habe eingesamlet, daß er es so theuer gebe, als er wolle, sondern er habe es gethan, daß Land und Leute nicht verderben. Aber der Kaufgeiz giebt so theuer er will, und suchet seinen Nutzen alleine, unangesehen, daß Land und Leute verderben. Darum ist das Exempel des treuen Josephs, so fern von der That der monopolien, und der unfreuen eigennützigen Kaufleuten, als Himmel und Erden von einander sind. B. Dn. Cancell. O SI-AND. *ad Grot. l. 2. c. 12. th. 16. vbi pluribus PVENDORFF. de I. N. et G. Lib. 5. c. 5. §. ult. LOPEZ. de contract. l. 1. c. 41. pag. 256. KELLER. de offic. iur. Pol. l. 2. c. 18. pag. 495. FRITSCH. tr. de monopol. c. 4. n. II.*

§. VI.

Proxime accedit 4. *Liberior mercatorum negotiatio*, qua alibi industria quadam negotiatoria res annonarias et cuiuscunque generis vitae subsidia conquirere atque coemere, civitati copiosius aduehere, inibique conciuibus suis pro iusto pretio, proportionato tamen non tantum ad res ipsas, sed et ad impensas, curam, sollicitudinem, vt et quandoque damna et pericula, tam rerum, quam personarum, vid. SIGISM. SCACC. *de commerc. §. 1. qu. 1. n. 73. BONACIN. de contract. D. 3. qu. 2. punct. 4. n. 29. reuendere satagunt. Hac ipsa quo auctior annona redditur, quoque magis pretia rerum imminuuntur, eo magis et ex capite vtilitatis communis com-*
men.

mendanda, et omnibus modis promouenda venit. MEV. *conf. 51. n. 76. seq.* tantum abest, vt huiusmodi negotiationi inuigilantes in numerum iniustorum Pantapolarum et Propolarum transcribamus. MEV. *conf. 50. num. 64.* aut procul e ciuitate eliminandos et expellendos, vt potius priuilegiis pro ratione publici egregii promouendi aut constabiliendi alliciendos eos atque tutandos esse statuamus cum HIPPOL. A COLLIB. *de increm. urb. c. 14. vers. fn.* HERM. LATHER. *de cens. l. 3. c. 12. n. 53.* CVIAC. *l. 10. obs. 19.* vbi quod vrbe aliquando eiusmodi negotiatores aut Propolae inuidiose eieci, ex dictis rationibus autoritate Imperatoria reuocati fuerint, prout hanc in rem egregia Nouellae VALENTINIANI, *de Pantapolis ad urbem Romam reuocandis*, verba hunc in modum adducit: *Graecos negotiatores, quos Pantapolas dicunt, in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem, magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam, vterius non patimur Sacrae vrbis habitatione secludi, licet eos dissensio et maxime inuidia tabernariorum, quam venerabilis Romae utilitas a negotiatione submouerit; idcirco hoc edicto singuli vniuersique cognoscant, Pantapolis ad urbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, vt cura peruigili obertas populo ministretur.* Vtique quamdiu perniciofa ista atque detestabilis omnino auaritia eos non intransuersum egerit, et ex iustis mercatoribus improbos Dardanarios, profligatissimos annonae flagellatores et publicos fures non effecerit, vid. HERING. *de molend. mant. 3. n. 46. seqq.* graphice eos depingens. Huiusmodi rapaces Vultures enim quin adhuc dum pro qualitate facti ex vrbe eiici, et relegari queant, res est extra dubium posita, per text. in *l. 6. ff. de extraord. crim. et Ord. Polit. de Anno 1577. tit. 18. §.* Und mo die 14. quamuis et alias varie coërceri possint. PETR. GREGOR. THOLOS. *in S. I. V. lib. 36. c. 30. n. 4. seqq.* CVIAC. *d. l.* qua de re infra, vbi de poena ex professo agetur, pluribus.

C

§. VII.

§. VII.

Inter licita Propolia recte quoque referuntur *5. omnes Privilegiariae cõmptiones*, quae scil. speciali aliquo privilegio siue vni alicui Ciui, siue nonnullis aut alicui mercatorum Societati permissae sunt pro instruendo, quod ipsis iusta de causa concessum est, monopolio in certo siue mercaturae, siue artificii, siue opificii genere rectius exercendo atque excolendo: quanam autem iusta causa sit, quae Principem iuste mouere possit ad indulgendum alicui monopolium, id late deductum inuenitur ap. FRITSCHE in *tract. de monopol. c. 10. per tot.* vbi ad tria capita rem reducit, nempe 1.) emergentis Reipubl. necessitatis, 2.) vtilitatis publicae, 3.) aequitatis: cui gemina tradit ADR. BEIER. von *Handwerks Rechten und Gewohnheiten c. 5. §. 7. 8. 9. et seqq.* quibus causis cessantibus illicitum in modum a Principe concessa monopolia esse recte asserunt KELLER. *de offic. Iur. Pol. l. 2. c. 18. p. 495. et 496.* SOT. *de Iust. et Iur. lib. 6. qu. 2. art. 3. col. 5. fol. 569.* SCACC. *de commerc. §. 1. qu. 7. p. 3. lim. 10. n. 12.* ZIEGLER. *de Iur. maiest. l. 1. c. 47. §. 2. seq.* Hoc pacto iniustus Propolia dici non queat, qui iustam sibi licentiam impetrauit, vt in certo genere mercium emendo non alius admittatur, nisi ipse sibi tantam earundem comparauerit copiam, quanta opus est pro felicius instruendo atque exercendo sibi soli concessio mercimonio: veluti in exemplo negotiationis vel manuariae artis in Ciuitate nunquam antehac exercitae nunc demum ab aliquo in eam deriuandae atque introducendae. Hic tali praeemptionis privilegio prudenter omnino et iuste adiuuatur, ne vel sub ipsis initis et quasi in herba spes eius prospere adornandae decollet, vel iam institutam alii itidem suscipiendo turbent, atque impediunt vel vt ipse quoque studii atque impendii sui aequum nanciscatur fructum. MEV. *p. 3. d. 70. n. 9.* ADR. BEIER. *in vr. von Handwerks Rechten und Gewohnheiten. c. 5. §. 7. seq.*

ZIEGL.

ZIEGL. *d. l. §. 3.* LOPEZ. *de contract. l. 1. c. 42. pag. 254. vers. At quaeret.* vel in casu mercimoniorum et opificiorum non sine magna difficultate exercendorum, et ob id ab aliis desertorum, vbi ii, qui iis excolendis totos se dedunt, eiusmodi privilegiis et praemendi licentia exornantur atque subleuantur, vt sint qui iis ipsis inuigilent eaque rite et efficaciter cum fructu etiam in Rempubl. redundaturo stabiliant. MEY. *d. l.* Eadem ratione in casu concessi alicui privilegii monopolici salis coqueti, emendi, vendendi, vid. FRITSCH. *de regal. salin. iur. c. 4. n. 16. seqq.* PETR. HEIG. *l. qu. 14. n. 23.* DINNER. *de iusto rer. pret. qu. 3. §. 3. p. 31.* cereuisiae coquendae, CARPZ. *l. 1. t. 5. R. 42. n. 14.* exoticorum pannorum, aliarumque similium mercium. ZIEGLER. *d. l. §. 3.* LOPEZ. *d. l.* SPEIDEL. *in spec. voc. Fürkauff. pag. 388.* indulta praemendi licentia sua prouchitur Iustitia. Alias enim ista commerciorum genera facile possent intercidere atque penitus deficere, quippe quae ut plurimum magnos desiderant sumptus, et ancipiti euentui initio maxime sunt obnoxia, vix propterea authorem et auctorem inuenientia. PVFEND. *de I. N. et G. l. 5. c. 5. §. 7.*

§. VIII.

Proxime his ipsis accedunt 6. illa *Propolia*, quae in similibus casibus ex iure longaeua et inueterata consuetudine alicui quaesito exercentur. Eiusmodi enim consuetudo instar est privilegiariae concessionis, *l. 1. §. ult. de aqua et aqu. plu. arc. aci. l. 3. §. 4. ff. de aqua quot. et aestiu.* FAB. *in Cod. de monopol. def. vnic. num. 3.* et tantum potest, quantum Principis aut Papae gratia. OLDRAD. *Conf. 172. in pr. et conf. 146. in fin.* IOSEPH. DE SESE, *in tr. de inibit. c. 3. §. 3. num. 137.* veluti quoque hac ratione plura hodie monopolia excusari, vt etiam in Comitibus Imperialibus non recte fieri possit prouiso contra ea, monet SICHARD. *in Cod. de monopol.*

nopol. n. 11. et pleraque in Prouinciis Saxoniciis moribus introducta, nec iniuste tolerata esse refert. FRITSCH. *in tr. de monop. c. 8. n. 30.*

§. IX.

Nec absimilia sunt 7. illa Propolia, quae moribus et iuribus Ciuitatis propriis cuiuslibet ciui atque indigenae prae extraneis non inique competunt. LYNCKER. *de grauam. extratrad. c. 3. p. 4. §. 8. n. 17.* COVARRVV. *Var. Resol. Lib. 3. Ref. 14. n. 6. vers. Tertio,* vbi hoc probatissimum praxique receptum dicit: vtique pro ratione indigentiae suae O. P. W. *tit. 58. §.* Also auch. 6. ibi: Unsere Bürger und Untertanen in selbiger Stadt geseffen, ic. Ihre Nothdurfft kauft haben: atque obortae in rebus necessariis, frumento, cereuisia, carne, pane, et id genus aliis inopiae: quo in casu illa Edicta aequitati consentanea et iure valida ex aliis statuminat CARPZOV. *l. 1. t. 5. Resp. 42. n. 14.* quoad reliqua vero idem ius coemendi exteris aequae ac Ciuibus atque subditis humanius et rectius relinquatur, in quo optime quoque praecauit Sereniss. Legislator Würt. *d. l.* ibi: Soll alsdann männiglichem Ein- und Ausländischen, wer der ist, der freye Kauff zugelassen, und der Einländische vor dem Fremdben alsdann keinen Vorzug haben. Conferantur ea, quae disserit COVARRVV. *d. l. n. 6.* PETR. GREG. THOLOS. *in S. I. V. l. 36. c. 30. n. 8.*

§. X.

Relictis istis, et id genus aliis propoliis licitis, nunc dispiciendum venit, illicitorum et noxiorum propoliorum, quot sint genera? Sunt autem varia, potissimum vero 1. ratione *Subiecti*, alia *publica*, quae ab ipsis magistratibus et communitatibus hoc molestius, quo impotentius exercentur, quando sine euidente necessitatis et vtilitatis publicae ratione, ex nimio,

nimio, quo aestuant, lucri aucupio promercales merces ad se pertrahere atque praecipere laborant, Ciuibusque suis se suosque facilius sustentandi commoditatem eo ipso inuidiose eripiunt; Alia *priuata*, quae à priuatis exercentur. 2. Ratione *Obiecti* alia committuntur in rebus *ad vitae necessitates* spectantibus, nempe in esculentis, potulentis; aliisque quibus pro quotidiano victu atque amictu necessario indigemus veluti sale, frumento, vino, butyro, ligno, etc. alia in rebus *ad vitae commoditatem magis et culturam* superuacuum pertinentibus, veluti pannis exoticis, aromatibus, capillamentis adscitiis etc. 3. Ratione *finis* alia quae sunt in vsum *mercium ad exteros exportandarum*, inibique cariori admodum pretio studio subito ditescendi, cum conciuium, quibus annona vel plane subducitur, vel mirum quantum intenditur, pergrauis iactura diuidendarum; Alia in vsum mercium *inter conciuies* quidem, sed cum iniquo quodam lucro intercepta hoc modo iisdem, quibus aequali iure competeat, liberorum commerciorum commoditate, reuendendarum. 4. Ratione *accidentariae qualitatis* alia quae fiunt *cumulatim* et non nisi sub coaceruato rerum apparatu et copia a Pantapolis illis, quos Grossarios et Solidarios appellant, vid. *supr. th. 1.* alia quae *minutatim* et particulatim diuersis vicibus a Propolis istis exercentur, qui sigillarim iterata ista coemptione saepius illiciti propolii, quo impotenter laborant, aucupium et studium tegere allaborant. Ex quibus omnibus illa quo cum maiori siue publici egregii, siue singulorum detrimento et damno sunt, hoc maiori odio et reprehensione digna existunt.

§. XI.

Propolii iuste prohibiti *Causa Efficiens Remota* sunt istae iniuriam nostrorum prouisiones et sanctiones quae malo huic obui re non intermiserunt. Ipsum *Ius Naturale* in eo reprobando otiosum plane fuisse, non facile quis asseuerabit,

qui perpendet propolas eo ipso, dum merces aliis subdole praeripiendo, et ex alienis dispendiis quaestui suo inhiando, mercium inopiam inducunt annonamque attentant atque flagellant, contra amorem proximi, et secundam decologi tabulam vel maxime peccare, B. Dni. Cancellar. OSIAND. ad GROT. de I. B. et P. l. 2. c. 12. th. 16. in fin. dum et Republicam, cuius salus suprema lex omnium esse debet, perniciosissime grauant, et tyrannidem in singulos exercent, eorum utilitatem interuertendo atque opprimendo. DAMHOVDER. in prax. rer. crim. c. 132. num. 2. et 3. HERESBACH de Republ. Christian. admin. c. 16. p. m. 284. ZIEGLER de Iur. Maiest. lib. 1. c. 47. §. 1. ibi: quae maior in Republ. tyrannis esse potest, vel pestis potius, quam interurbatis commerciis rerum necessariorum ad vitam tuendam usum pendere a paucorum hominum, aut vnius saepe arbitrio et avaritia. Hominum genus Deo atque hominibus inuisum in quos AMOS 8. vers. 4. seq. grauiter inuehit his ipsis: Höret diß die ihr den Armen unterdrücket, und die Elenden im Lande verderbet, und sprecht: Wenn will denn der Neumond ein Ende haben, daß wir Getreid verkauffen, und den Sabbath, daß wir Korn feil haben mögen, und den Epha ringern, und den Seckel steigen, 1c. et Prou. 11. v. 6. Wer Korn einhält, dem fluchen die Leute, aber Segen kommt über den der es verkaufft. PETR. GREGOR. THOLOS. in S. I. V. l. 36. c. 30. num. 7. in quos illud Apollonii Thyanaei apud PHILOSTRATVM l. 1. c. 12. Terra communis omnium mater est, quia iusta est, vos autem iniusti existentes eam vestram duntaxat matrem fecistis: recte quadrate scribit PVFENDORFF. de I. N. et G. l. 5. c. 5. in fin. Concordant, quae ex Megalandro nostro LVTHERO in tr. von Kauffhandel und Bucher, hanc in rem adducit HERM. LATHER. de Cens. l. 3. c. 14. n. 12. in fin. ibi: Solche Kauffleute thun gerade, als wären die Creaturen und Güter Gottes allein für sie geschaffen und gegeben,

Ben, und als möchten sie dieselbe den andern nehmen und
 sehen nach ihrem Muthwillen. Non immerito exinde dete-
 ctale hoc crimen audit. DAMHOVDER d. l. n. 1. graphice
 delineatum HERING. in tract. de molend. mantiff. 3. n. 27.
 et plur. seqq. Damnatum ex iisdem rationibus et Iure inter
 Gentes communiter recepto, quippe quod libertati commer-
 ciorum omnino fauet, MEV. p. 3. d. 20. n. 1. et in Nucl. I. N.
 et G. insp. 5. §. 43. n. 2. PEREZ. in C. de monopol. n. 2.
 DINNER. de Iust. rev. prer. qu. 3. §. 3. pag. 31. Maximam
 quoque partem hac in re occupata deprehenduntur Iura singu-
 larum Ciuitatum, Regnorum, aut Rerum publicarum propria,
 quemadmodum et in eo exterminando suas partes sollicitè
 omnino hinc inde interposuit Ius nostrum Civile Roma-
 num præprimis in l. 6. ff. de extraord. crim. ibi: Annonam
 attemptare et vexare vel maxime Dardanarii solent: quorum
 auaritiæ obuiam itum est, tam mandatis, quam constitutioni-
 bus. Mandatis denique ita cauetur: Praererea debes cu-
 stodire, ne Dardanarii ullius mercis sint: ne aut ab his qui
 eocultas merces supprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus
 suos æquis pretiis vendere nollent, dum minus vberes proventus
 expectant, ne annonæ oneretur. Quo facit etiam l. vn. C. de
 monopol. quibus in textibus quoque prohibitionem suam variis
 poenarum generibus communiuit: non minus et in l. 37. ff.
 de poen. l. 2. ad L. lul. de annon. l. 3. in fin. ff. de crim. stellion.
 Succedere in idem collimantes Receptus Imperii nostri, et
 quidem MAXIMIL. I. Constit. de Anno 1512. §. Und nach-
 dem. 16. hunc in modum significantius concepta: Und nach-
 dem etwa grosse Gesellschaft in Kauffmannschafften bey kur-
 zen Jahren im Reich aufgestanden, auch etliche sondere Per-
 sonen sind, die allerley Wahr und Kauffmanns- Güter, als
 Specerey, Erz, Wollentuch, und dergleichen in ihre Hände
 und Gewalt allein zu bringen unterstehen, Fürkauff damit
 zu treiben, sehen und machen ihnen zum Vorthell solcher
 Güter

Güter den Werth selbst ihres Gefallens, fügen damit dem heiligen Reich und allen Ständen desselbigen merklichen Schaden, wieder gemeine beschriebene Kayserl. Rechte und alle Erbarkeit: haben wir zu Forderung gemeines Nutz und der Nothdurfft nach, geordnet und gesezet, und thun das hiermit ernstlich, und wollen, daß solche schädliche Handthierung hinführo verbotten und abseyn, und sie niemand treiben und üben solle, *ic. quam confirmavit constitutio CAROLI V. Norimberg. de Anno 1524. §. item, dieweil durch unsere Instruction. 27. Non minus et Rec. Imp. de An. 1529. §. item, nachdem die monopolien. 34. Rec. Imp. August. de A. 1530. §. und nachdem, 135. Rec. Imp. Ratisbon. de A. 1532. rubr. Polickey, Wücherliche Contract, ic. ibi: Monopolier und andere, so unbillige und ungebührliche Handthierung treiben. Reformat. Polit. August. de Anno 1548. tit. die monopolia und schädliche Fürkauff belangend, §. 1. seq. et maxime Reform. Polit. Francof. de Anno 1577. tit. 18. §. 1. ibi: Wiewohl die monopolia, gefährliche und ungebührliche Fürkäuffe, nicht allein in gemeinen beschriebenen Rechten, sondern auch in gemachten und publicirten Reichs- Abschieden, bey grossen Vorn und Straffen, als Verlust aller Haab und Güter, und Verweisung des Landes verbotten; So ist doch solchen Sagenen, Abschieden und Verbott bis anhero mit gebührlicher und schuldiger Vollziehung gar nicht nachkommen noch gelebet worden, sondern seynd in kurzen Jahren viel grosse Gesellschaft in Kauffmanns Geschäften, auch etliche sonderbahre Personen, Handthierer und Kauffleute im Reich aufgestanden, die allerley Wahren und Kauffmanns-Güter, auch Wein, Korn, und anders dergleichen, von dem Höchsten bis auf die Geringsten (in welchen sie dann in den Landen hin und wieder gute Kundschafft und Verfahrnus haben, sonderlich wann die Wahren verderben, und sonst in Aufschlag kommen, und ehe die andern Kauffleute solches gewahr werden,) in ihre Hand und*

und Gewalt allein zu bringen unterstehen, Auf- und Fürkauff damit zu treiben, 2c. et §. 2. ibi: Und wollen, daß solche schädliche Handthierungen, Auf- und Fürkauff, und derhalben gemachte Geding, Vereinigung und Pact hinfüro verbotten und abseyn, und die hinfüro niemand weder durch sich selbst noch andere treiben oder üben solle, 2c. *Secuta sunt et alia Statuta Localia eiusmodi propolii prohibitiua, veluti in hoc Würtemb. Ducatu extat Ord. Prou. tit. 17. §. 1. ibi: Und soll also aller Fürkauff, so auff ein Abschlag und wieder zu verkauffen geschieht, in unserm Herzogthum an obbemeldten und andern essenden Dingen und Küchen Speisen, als Gersten, Erbs, Linsen, und sonst allen andern Haaben und Wahren, wie die obermeldt, hiermit gänzlich aufgehoben seyn. et §. 2. Und die Hausirer und Streicher, so biß anher den Fürkauff auf dem Land und Städtten wieder die Ordnung gebraucht, abgeschafft seyn, und nicht mehr gedultet werden, 2c. Et nouissime adhuc diu scil. 13. Febr. 1699. hanc in rem egregium quoque emanauit Rescriptum moderni Serenissimi Electoris Guelfici siue Hannoverani, quo noxium admodum frumenti propolium e terris suis omnimodo profligare alloborauit, verbis significantius hoc modo conceptis: Fügen hiemit zu wissen, demnach zu denen Zeiten, da das Korn, wie jesho, häufig gesucht wird, selbiges von Gewinnfüchtigen Leuten zusammen gekauft, und aufgeschüttet zu werden pfeget, damit es höher im Preiß aufgetrieben, und dann endlich, wann es ihrem Gutgeduncken nach theuer genug geworden, mit übermäßigen wucherlichen Vorthell loßgeschlagen werden möge: Solches aber eine in allen Rechten verbottene ungerechte, und also keines wegs zu dultende Sache ist, also setzen, ordnen und wollen wir hiemit, wie folget. 1. Sollen überall keine Kornvorkäuffere, sie seyen frembd oder einheimisch, in unsern Landen gedultet werden, 2c. Nec desunt plura alia aliorum*

D

Princi-

Principum, Ditionum, atque Locorum huic rei medelam efficacius afferentia Edicta, Statuta, Ordinationes et Sanctiones, quibus vltcrius recensendis hac vice supersedere malumus.

§. XII.

Causa *Impulsiva*, quae mouit Legumlatores ad Propolii noxii prohibitionem, est ratio tum publici egregii, libertate commerciorum cuilibet intemerate relicta, et a nemine facile impedienda, vel maxime promouendi: tum aequabilis inter subditos et conciuēs seruandae Iustitiae, praesumptuoso istiusmodi mercimonii aucupio haud parum afflictæ, fauciatæ, aut plane euersæ: tum incumbentis officii, miseros illos et tenuiori fortuna laborantes Ciues ab aliorum lucripetarum oppressione vindicandi, et tutos atque securos reddendi, vid. quæ hanc in rem congeffit GREGOR. THOLOS. in *S. I. V. l. 36. c. 30. n. 14. seqq.* SCHARSCHMID ad *Nou. 122.* vbi laudat quam maxime Reipubl. Venetæ non minus et celebriorum Germaniæ Urbium, Argentorati, Hamburgi, Augustæ, Patriæ nostræ dulcissimæ Norimbergæ, Vlmæ, Lipsiæ, etc. prouidentissimam omnino curam et vigilantiam, qua omnibus fere Mercatorum, Artificum et Opificum Collegiis certos inspectores atque magistratus praefecerint, ne pro lubitu quaestum sibi procurando et augendo alios excoeriant, vnde Praefecti farinae, salis, annonae triticeae, mercaturæ, etc. Quæ vero mouit ad poenales illarum legum prohibitiuarum sanctiones seuera quadam animaduersione promulgandas ratio consistit in necessitate tum horum hominum auaritiam poenarum acerbitate hoc feliciter reprimendi, eosque et alios ab hoc crimine eo magis deterrendi: tum læsam eo modo Iustitiam reparandi et vindicandi, non secus ac in aliis legum transgressionibus id rigide obseruat vindex Iurisprudencia nostra. Apprime hanc in rem HERING. de *molendin.*

molendin. in mantiff. c. 3. n. 31. Quis non iniquum censeret, ut qui in turbam lapidem in altum sublatum proiecit, cuius casu homini nocitum esset, L. Aquilia teneatur, aut extra ordinem puniatur: isti vero mortalium bipedumque nequissimi, qui nummos distrabunt protrabuntque vilissimos, rerum omnium pretia mire intendunt, eaque peste et fame publica magna pars hominum hodie peritura est, adhuc venia et laude insuper digni iudicentur: cum tamen citra has rationes, si quis unum hominem fame necaret, in factum teneri Neratius ait in l. 9. §. 2. ff. ad L. Aquil. iung. tamen l. 3. C. eod. Nefas enim est hominem homini insidiari, multo magis tam acerbissimo modo cruciare aut necare: cum natura inter omnes cognationem quandam constituerit. l. 3. ff. de Inst. et Iur. Haftenus HERING.

§. XIII.

Causa Efficiens proxima est subdola et malitiosa popularum voluntas, qua hoc agunt, discursitantes saepius hinc inde, atque aestuantes, ut promercales merces vndique praemendo sibi que corradendo aliis praeripiant, easque penes se reconditas et coaceruatas suppressere et occultare intendunt, usque dum inopia pressi cariori atque iniquiori pretio ab iisdem eas reemere cogantur: Hoc enim importat in hac materia familiare et frequens illud verbum *suppressere*, quo vtitur ICtus in l. 6. ff. de extraord. crim. et in l. 3. §. 3. ff. de crim. stellion. vti enim furtum sine affectu furandi non committitur l. 37. pr. ff. de vsurp. et vsucap. §. 7. I. de Obl. qua ex del. ita et propolium iniustum tanquam species quaedam improbius alicuius et publici furti, vti id insignire amat THOLOs. lib. 4. de Republ. c. 7. num. 11. quemadmodum et Propolas publicos fures et praedones dixit FRITSCH. in tr. de monopol. c. 5. n. 11. Significatione verbi *suppressere* id satis superque inferente, quippe quod cum germanica voce *Stelen* probe conuenire adnotat HERING. de molend. in mant. c. 3. n. 52.

add. *supr. thes. 6.* sine dolo malo, et lucri cupido annonam diuexandi et defraudandi, vti loquitur ICrus in l. 1. 1. ff. ad L. Iul. de annon. affectu commissum intelligi nequit l. 2. pr. ibi: qui contra annonam fecerit, societatemue coierit, quo annona carior fiat. ff. eod. iunct. d. l. 2. §. 1. ibi: ne quis nauem nauitane retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur. Affectum horum hominum plane impotentem, genium et peruersum agendi morem, quo abripiuntur, omnium optime perspicere licet ex descriptione NICOLAS. lib. 2. Epist. Ascet. moral. 4. et HERING. d. l. n. 47. grauissime eos delineantium h. m. *Vt primum effert pedes domo, rapinae sicut vultur inbians, forum pro templo quaerit: Licitationes audit, et pretium rerum: crescente animus ridet et in rosis cubat: turbatur laxiori illo et aequabili. Si instructior cella et granarium, Iouis arma inuocat, grandines ac procellas accersit, pruinas excipit osculo et salutat. Vites aduri et conteri segetes in votis et deliciis habet. Voluptas est videre stragem publicam, planctus audire et querelas communes egentium, dummodo marsupii vterus talentis sibi iurget quocumque iure: spe solus deuorat omnia, et affectu inuadit, qua lucri odor spirat, sagacior cane sequitur, de laqueo cogitat, si frustratur, etc.* quadra huc priuilegium pannificis, denent Tuchmachern, in Marchia Anno 1611. a Sereniss. Elect. Brand. Iohanne Sigismundo p. m. contra lanae propolas, eorumque inordinatum affectum, quem grauer redarguit, concessum: *Daß sie ehe die Schafse abgenommen, nach der Wolle lauffen, reiten, fahren, dieselbe bestellen, und mit ihren eigenem Gewichte an sich bringen, und den armen Tuchmachern dieselbe oft einen Stein drey oder vier Silbergroschen theurer wieder verkauffen, oder ihr Tuch um einen geringen Werth an sich bringen, &c.* Darüber die Vorkäuffer in Städten die arme Leute noch bedrohen, wo sie Fremdden ihr Tuch verkauffen würden, und ihnen nicht zukommen lassen wollen, daß sie
 alle

alle Wolle aufkauffen, und ihnen keine Wolle zukommen lassen, noch die Tuch von ihnen annehmen wollen; und wann gleich die Tuchmacher frembde Kauffleute zu ihren Tüchern bekommen, und umb eine gewisse Anzahl Tücher mit ihnen handeln, auch zu Zeiten eine ansehnliche Summa Geldes darauff empfangen, damit sie sich desto besser mit Wolle gefast machen, und ihnen die Tücher liefern mögten; so bereden sie doch die frembde Kauffleute, daß sie bessere Tücher, und die in wolfeilern Kauffe von ihnen, dann von den Tuchmachern bekommen können, damit sie die frembde Kauffleute weg schaffen, und allein den Vorkauff behalten, auch was ihnen selbst gelüftet, den armen Leuten für die Tücher geben mögten. SCHEPLIZ. *ad Consuet. March. p. 4. l. 6. §. 5. n. 11.* DN. STRYK. *de Dardanar. c. 2. n. 11.* Ex his facile patescit in alio Propola dolum esse intensiorem, veluti in eo, qui omni nisu et molimine non nisi rerum omnium caritatem incendere anhelat, discursitando, inuestigando, perquirendo, praeoccupando merces, totus ad avaritiam compositus et insatiabilis lucripeta; in alio vero dolum esse remissorem, veluti in eo, qui anticipandis et conquirendis mercibus adeo non inhiat, quas tamen forte fortuito venenum expositas reperit, iis in finem carius aliquando reuendendi particulatim, prout offeruntur, coemendis non abstinnet, annonam et hoc pacto quidem onerans, sed non adeo intense maleuolo affectu, ut nec eo gradu, cum parcus et non in tanta copia res istas praecemat reuendatque. Pro qualitate itaque doli alteratur et qualitas huius delicti, ita ut intensior dolum maius, remissior leuius peccatum insinuet atque efficiat. Ita leuiora omnino sunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. CARPZOV. *prax. crim. qu. 7. n. 7.* vnde et minor dictari poena solet. quoties in delicto minor existit dolum. ANGEL. *in tr. de malefic. verb. scienter et dolose n. 12.* WE-

SEMB. in *Parat. ad ff. ad L. Iul. de Adult. n. 6. in fin.* WESEMB. ad *L. Cornel. de Sicar. n. 26.* iung. HAHN. *ibid.* FACHIN. *l. 1. controu. c. 71.* Siquidem poenae commensurandae veniunt delictis, et respondere debent culpae *l. 22. C. de poen.* FINCKELTHAVS, *O. 50. n. 3.*

§. XIV.

Committunt illicitam hanc negotiationem, et in eisdem prohibitionem incidunt omnes illi, qui doli capaces sunt, et ad quaestum compositi inuidiose aliis praereptas merces suppressere et iusto carius reuendere norunt, cuiuscunque sint sexus, siue masculi sint siue foeminae, cuiuscunque etiam status, conditionis atque dignitatis, siue ex ordine plebeiorum, et vilissimae fortis hominum, siue ex illis sint, qui natalium aut officiorum splendore refulgent, aut alias fortunae bonis praevalent: Hi enim quo ampliori opum subsidio indigent, et quo magis diuitiis abundare incipiunt, hoc ardentius iis inhiare solent: id quod satis superque indigitant generalia legum prohibitiuarum verba, omnibus omnino, qui earum Imperium agnoscere et venerari tenentur, sine exceptione exercitium illiciti eiusmodi mercimonii interdictentia, veluti in sanctionibus *Imperialibus* et in specie in *R. I. de Anno 1512. §. 16.* vocabulum vniuersaliter negatiuum et exclusiuum niemand: ibi: daß solche schädliche Handthierungen hinfüro verboten und abseyn, und sie niemands treiben und üben soll. Et in *Reform. Pol. de Anno 1577. tit. 18. §. 2.* ibi: daß solche schädliche Handthierungen, Auf- und Fürkauff ic: hinfüro verboten, und die hinfüro niemand treiben und üben soll. et *ibid. §. 4.* verba vniuersaliter affirmantia, et indistincte prohibentia: ibi: Und wo die durch einigen, wer der wäre, übertretter, et in *§. 11.* expressius desgleichen soll diese gegenwärtige Ordnung, Sakung und Verbott, mit allen Articuli und Inhaltungen männiglich, so im heil. Reich,

Reich, teutscher Nation Handthierung treiben wollen ꝛ. begreifen und binden. Et notanter admodum in *Ord. Prou. Würtemb. tit. 57. §. 1.* ordnen, setzen und wollen wir, daß alle und jede unsere Unterthanen, Schirms und Zugewandten, was Standes sie seyen, ꝛ. et porro: allda männlichen, wer der wäre: iunct. §. 2. verbis: und soll also aller Zirkauff ꝛ. Neque tantum singulae personae prohibentur et in hanc prohibitionem committunt, sed et integrae commercantium Societates, de *R. I. de Anno 1512. §. 16.* et *Ref. Pol. de Anno 1577. §. 1.* Grosse Gesellschaft in Kauffmannsgeschäften ꝛ. Communitates atque vniuersitates. *d. Ref. Pol. de Anno 1577. §. 11.* ibi: desgleichen soll diese gegenwärtige Ordnung ꝛ. männiglich so im heil. Reich teutscher Nation Handthierung treiben wollen, auch alle Fürstenthum, Herrschafften, Städt und *communien* begreifen und binden. Siue ipsae siue per se, siue per alios negotientur. *d. Ref. Pol. §. 1.* ibi: und die hinfiro niemand weder durch sich selbst noch andere treiben und üben soll. Quinimo et de exteris non aliter sentiendum est. Nam et hos, quoties in Imperio nostro, aut eius Prouincia siue districtu aliquo negotiari discipiunt, eadem iniusti propolii prohibitio concernit atque compescit: quo faciunt ad externos non minus, quam ad indigenas quadrantia verba *d. Ref. Polir. §. 11.* männiglich so im heil. Reich teutscher Nation, Handthierung treiben wollen. et in *O. P. W. tit. 57. §. vlt.* verba tantum non expresse id disponentia, welche aber unter dem Schein ihrer Hausbräuch oder Gremplerey ichtit einen Ausländer einkauffen, oder wieder auffer unserm Herzogthum tragen und führen würden, sollen dieselben nach Gestalt ihres Verbrechens gestraffet werden. Qualia sancita et statuta quiri iuri nostro conformia sint et valida, non est, quod ambigamus. Vt enim potestas Legislatoria relationem habeat ad sibi subiectos, ZIEGLER. *de Iur. Maiest. l. 1. c. 5. §. 1.*

HAHN. *ad Wesemb. ff. de Legib. n. 7.* Virtutemque suam ad extraneos et non subditos extendere nequeat, quia virtus et potentia causae efficientis respicienda est, ut possit operari in luscipientem materiam, nec potest causa finita ultra suos fines effectum producere, sed sicut limitatur potentia causae, ita et effectus debet limitari: ut recte hanc in rem ratiocinatur ALDERAN. MASCARD. *de Statutor. Interp. concl. 6. n. 3. 4. seqq.* Vnde qui alterius Iurisdictionis limitibus circumscribuntur, extra territorium suum ius dicentis aut statuentis imperio haud sunt obnoxii, *c. ut animarum. 2. de constitut. in 6. l. f. ff. de Iurisd. l. 63. ff. de Aedil. edict.* neque statutis, constitutionibus, et moribus loci, ubi sunt peregrini, regulariter ligantur. MEV. *ad Ius Lub. in praesum. qu. 4. n. 3. RICHTER. d. 3. n. 5.* Fallit id tamen ubi exteri alterius potestati et Iurisdictioni se tacite submitunt *l. 1. ff. de Iurisd. veluti si contactum ineunt in loco Statutis subiecto. l. 6. ff. de euct. l. 1. pr. ff. de usur. l. 1. C. de emanc. Liber. COLER. de proc. exec. c. 3. num. 182. MEV. d. l. n. 10.* vel si intra territorium statuentis delinquant. *auth. quae in Provincia C. ubi de crim. ag. op. l. 1. C. ubi Senat. vel. Clariss. GANDIN. in tr. de malefic. rubr. 36. n. 1. MARTIN COLER. de aliment. l. 1. c. 17. n. 9. MEV. d. l. n. 11.* ratione poenae statuto impositae, et extraneo in casu contraventionis infligendae: tamen merito distinctio observatur inter delictum *per se et sua natura turpe atque punibile*, poenamue praestitutam habens iure communi, aut communiter statutis locorum ac generali consuetudine, et inter delictum *per se et sua natura non turpe nec punibile*, statuto singulariter determinatam poenam habens, ita ut illo casu a poena statutaria se excusare nequeat contra prohibitionem Statuti delinquens, hoc vero ex ratione iustae ignorantiae possit. IVL. CLAR. *lib. 5. sent. 9. fin. q. 85. n. 2. ALDERAN. MASC. d. l. n. 63.* ubi hanc aequiorem et magis communem opinionem affirmant. MEV. *d. l. n. 11.*

Hac

Hac ratione Statuta locorum et urbium, quibus sub certa poena prohibetur, ne ex territorio statuentium annona vel frumentum exporteretur, fringunt non tantum subditos, sed et extraneos. *arg. l. Cotem. 11. §. 2. ff. de public. et vectigal. l. 6. C. de Aedif. priu. l. 1. l. 2. C. quae res export. non deb.* DINNER. *de iusto rer. pret. def. qu. 3. §. 3. pag. 29.* ALBER. A ROSAT. *de statur. l. 2. qu. 137.* vbi speciem facti propositam de Pergamensi praedia in districtu Mediolanensi, vbi sub certa poena frumenti exportatio erat prohibita, habente, et frumentum in praediis suis ibi natum exportare praesumentem, contra Oldrad. contrarium statuentem, ita decidit, et regulariter hoc ei permissum non esse statuat. COLER. *de Alim. d. l. n. 10.* iung. tamen *n. 19. sqq.* vbi varie limitat. vid. RIP. *de Pest. c. 5. num. 107.* quemadmodum et per Statuta ciuitatum totius Italiae extractionem frumenti esse prohibitam adnotat, poenamque statutam etiam ad forenses aut extraneos pertinere, iisque de iure stricto quidem simpliciter applicandam esse, cum quam praetendunt ignorantiam, ea fere non nisi supina esse queat, rectius tamen iudicis arbitrio id relinquendum esse censet, qui inspecta facti et personarum qualitate pro sua religione decernet, an forensis plectendus sit poena statuti, vel in totum excusandus, vel saltem poena ex aliqua parte temperanda: et ita saepissime se vidisse excusatos forenses attestatur, monetque Iudices vt semper in mitiorem partem inclinent, vbi aliquo modo ignorantia probabilis dici posset. IUL. CLAR. *d. qu. 85. n. 3.* Sic a facultate salis vendendi prohibitus quoque intelligi debet extraneus, vbi Princeps per poenalia edicta mandauit, ne in suo territorio alius sal vendat, et vt de suo sale emant subditi non de alieno; ABB. PANORM. *in c. super quibusdam d. V. S.* ALCIAT. *in tit. Feud. quae sunt regal. 2. F. 57.* FRITSCH. *de reg. salin. iur. c. 4. n. 7.* non minus et a facultate emendi ad res victum pertinentes, vbi Ciues indigent. vid. CARPZOY. *1. Resp. 42. n. 14.* iung. *supr. ib. 9.*

E

Et

Et privilegio concessio coctoribus cereuisarum, officinis fabrilibus, denen Schmied-Städten, aut aliis opificum communitatibus, ne extranei intra vnum aut duo milliaria confideant, ad latus quasi illorum se ingerant, illisque noceant, hi extranei quoque constringuntur, ne contra faciant. KÖPPEN. *decis.* 16. n. 2. CARPZOV. *d. Resp.* 41. n. 4. *seq.* BEIER. von Handwerks-Rechten und Gewohnheiten, c. 5. §. 12.

§. XV.

Obiectum illiciti Propolii constituunt non tantum *res annonariae*, aut ad victum humanum necessariae, quibus tanquam esui, potui, cultuique corporis inseruientibus, alimur atque viuimus. *l. 43. l. 44. ff. de V. S. et ibid.* GOEDD. sed et quaecunque merces, ANT. MATTH. *de crimin.* l. 48. t. 9. c. 1. *in fin.* ALTHVS. *in dicaeol.* l. 1. c. 133. n. 31. vbi inter monopolistas 7. loco refert propolas, quos vocat eos, qui supprimunt annonam, mercesue, LOPEZ. *de contract.* c. 42. pag. 255. *seqq.* aut, vt loquitur DAMHOVDER. *in prax. rer. crim.* n. 2. *in fin.* varia et infinita mercantiarum genera. Significanter omnino id exprimunt constitutiones Imperii nostri R. G. et quidem R. I. *Treuir. et Colon. de Anno 1512.* §. 16. Propolas describit, die allerley Wahr und Rauffmanns Güter, als Specerey, Erg, Wollentuch und dergleichen in ihre Hände und Gewalt allein zu bringen unterstehen, Fürkauff damit zu treiben &c. *Corcordat Ref. Polit. Francof. de Anno. 1577. tit. 18. §. 1.* in verbis: allerley Wahren und Rauffmanns-Güter, auch Wein, Korn, und anderes dergleichen, von dem Höchsten bis auf die Geringsten &c. quod de mercibus aut rebus promercialibus intelligendum esse contextus euincit, vt sensus sit, monopolium et propolium exerceri in mercibus quibuscunque, a summis vsque ad infimas, siue ab iis quae carissimi, vsque ad res, quae vilissimi sunt pretii. Coincidunt quam optime quae disposita inueniuntur

in

in saepius laud. Ord. Prou. Würt. tit. 57. §. 1. ibi: die Schweinfärslein, Gänß, Hünér, Fisch, Eyer, Schmalß, Käß, Nüßen, Kraut, Obst, Zwiebel und andere dergleichen essende Dinge, *iunct.* §. 2. ibi: an obvermeldten und andern essenden Dingen und Kuchen: Speisen, als Gersten, Erbs, Linsen, und sonst all anderen Haaben und Waaren. Species has et alterius adhuc generis alias follicite enumerat, et ex illarum coemptione Propolam definit DAMHOVD. mod. cit. loc. n. 2. vbi ita: *Qui triticum, carnes, pisces, baleca, butyrum, caseum, oua, pullos, capones, brassicas, pira, poma, vina, oleum, cereuisias, sal, saccharum, syrupum, oliuas, capparas, uvas passas, piper, zingiber, cinnamomum, crocum, grana, atque id genus reliquorum aromaticum etc. comestibilia et potabilia omnia, quantum in se est ab agricolis emunt, vt postea conciuēs sui ab ipsis solis isthaec singula carius redimant: idem censendum est de aliis mercibus, nempe lana, lino, ferro, alumine, corio, tapetis, pennis, variisque et infinitis mercantiarum generibus, hi perniciosi sunt monopolae aut propolae.*

§. XVI.

Forma consistit in dolosa et iniuriosa istarum rerum coemptione, aliaue eiusmodi acquisitione, et parili rerum in finem carius reuendendi anticipatarum suppressione. Praesupponimus autem *i. dolosam et iniuriosam coemptionem.* Quaecunque enim non fit animo in lucrum composito, et cariores distractionem affectante, illa in hanc legum prohibitionem non incidit, exinde pro transgressore earundem reputari nequit, qui necessaria vitae subsidia sibi suisque praemittit, cum suam suorumque conseruationem, non cariores et quaeuosam reuenditionem intendat. *vid. supr. th. 3.* Nec aliud statuendum, vtut cum quadam copia *in prouisionem* pro futuri temporis necessitatibus sibi coemerit. Namque et hoc modo sibi vigilare discupit, non alii nocere, quod prohibi-

rum censei non potest, cum non sit iniuriosum, quod vnice leges tollere voluerunt, nullatenus vero alicui liberum rerum commercium, aut innoxium sui Iuris vsus interdicere. Apprime hanc in rem Serenissimus Lator *Würtemb. in Ord. Prou. tit. 58. §. 7.* ibi: auch also unsern Bürgern, Unterthanen und Angehörigen vergunt seyn, die Früchte zu einem Vorrath auf freyem Markt auffzukauffen und auffzuschützen. Nec iniustum propolium commississe dici potest, qui ea genera commerciorum et coëmptionum, quibus aut salus publica, et omnium ciuium vtilitas vel immediate, vel mediate, aut priuatum commercantium commodum atque emolumentum ex iure ipsis siue permissio, siue concessio atque quaesito, promouetur, eo quo decet modo exercet, quo pertinent alia ista licitorum propoliorum exempla, supra enumerata *ib. 4. 5. 6. 7. 8. et 9.* Superaddimus 2. *aliamue eiusmodi acquisitionem.* Quamuis enim Propolium, *stricto et proprie* loquendo, saltem mediante *anticipata emptione venditione* fiat, in *laxiori* tamen ac *extensiori* sensu, et respiciendo ad finem, qui etiam sub prohibitione propolii, des *Fürkauffs*, comprehensa intelligi debeat ea negotiatio, quae per *permutationem, contractum do vt des*, similemve alium domini translatiuium illicito eiusmodi modo exercetur, non est quod dubitemus. Quemadmodum enim et permutatione mercium e. gr. quis alios in negociando praeuenire potest, ita et illa pro re vilioris pretii, et in finem supprimendi vsque dum carius reuendere aut distrahere licet, facta annona rarior et carior reddi, rerumque commercia inturbari et incendi possunt. Quo faciunt verba generalia, et vtrobique ad eundem finem et effectum insinuandum aequae efficacia, *Ref. Polit. Francof. de anno 1577. 18. §.* Viel grosse Gesellschaft in Kauffmannsgeschäften, auch sonderbahre Personen, Handthierer und Kauffleute auffgestanden, die allerley Wahre ic. in ihre Hand und Gewalt allein zu bring-

bringen unterstehen, Auf- und Fürkauff damit zu treiben &c. Et est praeterea in Iure nostro non insolens, quod emptionis et venditionis vocabulo significantur etiam reliqui contractus et alienationes, quoties mens loquentis siue hominis siue legis, militante eadem ratione, id desiderat et suadet, BACH. ad Tr. i. D. 18. th. 1. lit. b. fere in fin. MANTIC. de tac. conuent. l. 4. t. 1. n. 5. B. Dn. LAUTERB. in tr. syn. de contrab. empt. vend. §. 1. n. 1. in fin. Requiritur 3. parilem rerum in finem carius reuendendi praemptiarum suppressionem. Si quis enim res sibi coëmat absque intentione annonam in praedudicium aliorum supprimendi, ac onerandi, aliarumue mercium pretia amplioris quaestus sui causa incendiendi, is iniusti propolae notam nullatenus incurrit, cum hoc modo formalis huius criminis ratio vel maxime deficiat, per ea quae anteuertimus dicere in th. 3. Praesuppositis his facile patet, propolium iuste prohibitum differre non tantum a propoliis iure permissis, vti modo demonstrauius, sed et ab affinibus factis iure nostro reprobatis, veluti a crimine Dardanariatus. Hoc enim est crimen, quo annonae aliarumque mercimoniam. vid. l. 6. ibi: ne Dardanarii vllius mercis sint, ff. de extraord. crim. ANT. MATTH. de crimin. lib. ff. 48. t. 9. c. 1. in fin. attentantur, vexantur, et incenduntur triplici modo, et quidem vel merces coëmptas supprimendo, vel fructus suos æquis pretiis vendere ob minus vberos eorundem proventus expectationem recusando, vel falsum mensurarum modum constituendo. l. 6. ff. de extraord. crim. iunct. l. 37. ff. de poen. Dn. SAMVEL. STRYK. de Dardan. c. 1. n. 11. et c. 2. n. 7. seq. Crimen vero iniusti propolii primo saltem modo committitur, coëmptas scilicet et conquisitas aliunde merces supprimendo: ita vt Propolium quidem praecipua quaedam species sit Dardanariatus: totum vero hoc crimen non exhauriat. supr. th. 1. in fin. iunct. definitione in th. 2. iisque quae ab initio huius theseos proposuimus. Non minus et ab ipso illicito monopolio.

Quamuis enim propolium viam sternat ad monopolium, eo ipso, dum quis merces venales aliis praeripit, et suppressit, usque dum ex raritate et inopia earum rerum alii cogantur ab ipso carius emere, et hac ratione ex propola facile possit fieri monopola, ita ut solus hic mercium praemptarum nunc reuendendarum copiam habeat, et sic speciem monopolii actu exerceat, tamen hoc non semper euenit, cum et plures, etiam ut singuli considerati, res coemptas, et suppressas, tempore inopiae simul venum exponendi et carius reuendendi licentiam sibi sumere queant, quo in casu cum penes vnum non existat rei vendendae potestas, illa negotiatio inconuenienter diceretur monopolium, notam propolii tamen nequaquam effugeret. Quemadmodum etiam aliae adhuc dum et plane diuersae existunt monopolii species, quae propolio accommodari nequeunt. vid. BRUNNEM. *ad l. vn. C. de monop.* MENOCH. *de A. I. Q. l. 2. cas. 569.* DAMHOVD. *pr. Crim. c. 134.* SPEIDEL. *in spec. voc. Fürkauff.* KELLER. *de offic. Iur. polit. l. 2. c. 17. pag. 497.* STRYK. *d. diss. de Dardan. c. 2. num. 3. seqq.* ALTHVS. *Dicaeol. l. 1. c. 133. n. 31.* add. tamen omnino FRITSCH. *tr. de monopol. c. 3. n. 13. et plur. seqq. et c. 11. per tot.* vbi pluribus commonstrat multa exempla hinc inde a DD. pro monopolii speciebus venditari, quae tamen propriae et genuinae eius species non sint, quamuis affinitatem non exiguam cum monopolio habeant. Sicuti et aliae sunt species monopolii, aliae vero Dardanariatus; exindeque inter haec duo crimina, quamuis maxima intercedat affinitas, tamen ea haud confundenda sunt, aut pari passu vbique censenda, cum re ipsa distincta sint, uti id clarius ob oculos ponit DN. SAM. STRYK. *d. c. 2. n. 3. seqq.* Vti itaque propolium a Dardanariatu differt ut species a genere, ita multo magis ea ratione differt et a monopolio, maxime cum hoc etiam nonnullis adeo late accipiatur, ut in ea sua latitudine *et monopolium in specie sic dictum, et Dardanariatum*, et ipsam *L. Iuliam de Annona* sub se comprehen-

prehendere potens sit STRYK. *d. l. n. 4.* Consequens est his ipsis, quod quamvis Recessibus Imperii crimina Propolii et Monopolii toties quoties parificentur, et quasi confundantur, propterea tamen non solide satis colligi posse, quasi Legislatores illi distinctam vtriusque naturam non agnouerint, aut sublatam eam hoc ipso voluerint. Quod enim monopolium Germanice reddiderint, einen schädlichen gefährlichen und ungebührlichen Verkauf, aut saltem hactenus parificauerint, id exinde contigisse quod commodior in vernacula vox non obuenerit, quae monopolium aptius exprimat, non male conuicit FRITSCHE *ind. tr. c. 3. n. 14.* insuper et ista parificatio respicit potissimum effectum poenae imponendae, quae vtroque et in monopolio et in propolio ex istarum sanctionum tenore eadem esse iudicatur.

§. XVII.

Effectus illiciti propolii *ratione ipsius propolae* potissimum conspicitur in obligatione ad poenam, cui ex legum sancito se reddit obnoxium qui crimen hoc perpetravit. Est autem hoc ipsum crimen aliquod extraordinarium, vti in hunc delictorum censum expresse refertur *l. 6. ff. de extraord. crim.* quo facit et *l. 37. ff. de poen.* prout etiam arbitraria poena hoc modo delinquentem manet pro ratione admissi arbitrio Iudicis hic demum determinanda. *dd. ll.* qui consideratis omnibus circumstantiis, causa scil. persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu, quas ita insinuat ICtus *in l. 16. ff. de poen.* In huius non minus, ac in aliorum criminum et his ipsis proportionatarum poenarum aestimatione et pensitatione prudenter perspiciat, ne quid durius aut remissius constituatur quam causa deposcit, consequenter in leuioribus causis pronior ad lenitatem, in grauioribus poenis vero seueritatem legum cum quodam temperamento benignitatis subsequatur, quomodo arbitrium in huiusmodi arbitrariis causis circumscribit, et ad normam Iustitiae et aequitatis reuocat ICtus *in l. 11. pr. ff. de poen.*
vid.

vid. supr. th. 13. in fin. Non obft. l. 2. et tot. tit. ff. ad L. Iul. de annon. vbi crimen flagellatae annonae, quale est et monopolium et propolium, ad publica delicta refertur, et poena
 20. aureorum publica ista lege statuta deprehenditur. Varie enim et sufficienter satis hoc dubium dispelli potest et eximi ex congestis a Dn. MÜLLER. in *addit. ad Struu. S. I. C. Ex. 48. th. 80. lit. E.* Dn. SAM. STRYK. de *Dardan. c. 5. n. 13. seqq.* HARPPRECHT. et ab eo allegati *ad §. 11. Inst. de publ. iud. n. 52.* ad quos breuitatis causa nos remittimus. Vti vero hoc crimen, et huic addictum hominum genus publicae utilitati valde inimicum est, HARPPRECHT. *d. l. add. supr. th. 11.* ita ab omni tempore exosum maxime fuit, adeo vt etiam barbarae gentes infami quadam poena illud ex suis ditionibus eliminare sategerint, cuius egregium exemplum de Turcis adducit IOH. PHILIPPI in *usu pract. Eclog. 94. n. 7. ex ZAHN Ichnograph. c. 4. n. 15.* de iis referens, quod si inciderint in quempiam, qui iniusto pretio merces aggrauet, eum ad praetorem adducant, qui de collo eius tabulam cymbalis clangentibus sonoram suspendit lictoresque eum, non citra infamiam, concurrente vndique ad cymbalorum clangorem plebe, per plateas vrbis, praesertim eas, in quibus earundem mercium venditores morantur, circumducant; domum deinde reducto
 70. plagas infligant, et pro singulis singulos Aspros numerare iubeant. Apud Romanos poena varie dictabatur, et plerumque si *negotiantes* hoc crimine peccarunt, *negotiatione iis tantum interdicebatur*, interdum et *relegari* solebant: humiliores ad *opus publicum dari*: quae est sanctio in *l. 6. ff. de extraord. Crim.* HARPPR. *d. l. GREG. THOLOSAN. in S. I. V. l. 36. c. 30. n. 3.* de quarum poenarum applicatione, quia Dn. STRYK. in saepe laud. *diff. de Dardan. c. 15. per tot.* prolixius egit, possumus ea discussione hic carere: quemadmodum etiam vt monopolium exercentes, *bonis propriis exspoliati, perpetuitate damnabantur exilii*, quae est constitutio Imperatoria in *l. unic. C. de*

de

de monopol. quam poenam tamen tanquam nimis grauem non imponendam esse, nisi vbi qualitas rerum factique hoc omnino exigat, multi non male statuunt. DAMHOYDER. in *prax. Crim. cap. 32. n. 3.* FRITSCH. in *Tr. de monopol. c. 15. n. 14. seqq.* add. MÜLLER. in *addit. ad Struu. d. l.* vbi quod si delictum fuerit magnum atque exorbitans, veluti si cum ingenti ciuitatis pernecie flagellata sit annona saepiusque repetitum poena seuerior locum inueniat, quae etiam aliquando ad vltimum supplicium extendi possit. Hodie vero apud Germanos ex constitutionibus Imperii Rom. Germ. poena applicanda venit *confiscationis bonorum in R. I. Treu. et Col. de A. 1512. §. 16.* ibi: Welche aber wider solches thum würden, deren Güter sollen confiscirt, und der Obrigkeit jeglichen Driß (so peinliche Straffe der enden hat. *Ref. Pol. August. de ao. 1548. tit. 18. §. 2. et Ref. Pol. Francof. de ao. 1577. tit. 18. §. 2.*) verfallen seyn, quod confirmatur etiam in *dd. Ref. Pol. dd. II.* vbi verba illa indefinite et generaliter concepta, Haab und Güter, effectum quoque confiscationis generaliore[m] important, ratione bonorum non tantum eorum, quae illicita tali nundinatione quaesita sunt, sed et reliquorum aliunde acq[ui]sitorum Dn. STRYK. de *Dardan. c. 6. n. 23. seqq.* vbi plures huc pertinentes quaestiones decidit, *vt et porro relegationis, d. Ref. Pol. de A. 1577. tit. 18. §. 4.* ibi: bey Verliehrung Haab und Güter, und Verweisung des Landes, unnachlässig gestrafft werden. v. STRYK. *d. l. n. 27.* vbi recte quod illa poena pro delicti circumstantiis temperari debeat, vt nec semper confiscatio, nec relegatio semper multo minus perpetua dicetur, sed Iudicis arbitrio id relictum censi debeat. Et denique *denegationis securitatis atque salui conductus*, quo alias mercatores in negotiatis suis gaudent. *d. Ref. Pol. de Anno 1548. tit. 18. §. 2.* ibi. Auch dieselbe Gesellschaften, Rauffleute, und Handthierer hinsüro durch keine Obrigkeit im Reich vergleitet werden, desselben durchaus nicht sähig seyn, mit was Worten, Meinung oder clausul solch Geleit gegeben seye, quod iisdem reperitur in *d. Ref. Pol. de An. 1577. tit. 18. §. 2.* Ex sanctionibus et ordinationibus Prouincialibus vero hinc inde mitior

F

poena

poena ratione propolii in specie sic dicti locum continet, ita vt confiscatio bonorum ulterius se non porrigat, nisi ad ea, quae ex negotiatione illa illicita conquirere sibi propola fatigit, superaddita aliquando et alia poena pro ratione circumstantiarum determinanda: veluti sancitum reperitur in superius laudato *Edicto Hannoverano nouiss. de anno 1699.* ratione propolii frumentarii in verbis: Solle das Korn, womit der ungebührliche Handel oder Vorkauff getrieben worden, in Beschlag genommen werden und unserer Churfürstlichen Cammer heimgefallen seyn, auch der Uebertreter noch darzu nach Beschaffenheit der Umstände scharff bestraffet werden. alicubi non tantum *emptor* confiscationem talium bonorum pati tenetur, sed et *venditor* mulctatur: veluti in hoc *Duc. Würt.* ratione propolii lignorum in *Ord. Forest. p. 1. rubr.* Vom Fürkauff des Holzes, dispositum conspicitur in verbis: daß mit dem Holz kein gefährlicher Fürkauff fürgenommen 1c. und wo das ordentlich befunden und ausgeführet wird, und den Fürkäufern die aufgesetzte Straffen, nemlich bey Verlehrung des Käuffers erkauften Holzes, uns zu confisciren und des Verkäuffers Straff 10. Pfund Heller, ohne einige Milderung oder Nachlassen einzuziehen. Concordat ratione esculentorum in genere *Ord. Prou. Würt. tit. 57. §. 3.* ibi: bey Verlehrung des Käuffers essenden Dingen, wie die genandt werden mögen, uns zu confisciren und einzuziehen, und des Verkäuffers Straff, so viel Gelds, als Er seine Wahr verkauft, jedesmal unnachlässig zu bezahlen. Ratione *Magistratus* vero si in noxiis istiusmodi propoliis abolendis et puniendis intra mensis vnus spatium a tempore admonitionis a procuratore fisci factae computandum, socors et negligens fuit, poena dicitur 100. librarum siue marcarum auri, in d. REF. POLIT. de ao. 1577. t. 18. §. 7. um hundred Mark löthigen Goldes. Constat exinde quam seueri vbique in eradicando exitioso hoc crimine Legislatores nostri existerint, vt et magistratibus ad talia conuiuentibus non pepererint. Quem in finem quoque cuilibet ex populo licentiam fecerunt legibus, hac in re contrauenientes magistratui denunciare, assignata insimul denuncianti quarta parte bonorum confiscationi

obno-

obnoxiorum, et venia indulta, si eiusdem criminis particeps existat, sine spe tamen hoc in casu obtinendi aliquid ex istis delinquentis bonis, quae in commissum ceciderunt. Processu insuper summario, ubi de simplici et plano, absque strepitu Iudicii celeriter res expedienda, praescripto, tanquam in causa Reip. utilitate concernente: uti id latius patet ex sancitis in *Ref. de Anno 1577. tit. 18. §. 3. 9. et 10.*

§. XVIII.

Loco *contrariorum* quae hic adduci poterant, lubentes praetermittimus: possunt enim magnam partem ex ante dictis, et aliorum delictorum natura colligi: Sice. gr. ratione *ipsius propolii illiciti* notari posset innocens sibi suisque prospiciendi propositum, permissio a Superiori ex ratione publicae necessitatis, utilitatis, aequitatis facta etc. ratione *poenae*, remissio eiusdem, aggratiatio, praescriptio etc. Idem quoque ratione *cognatorum*, qualia referri merentur Dardanariatus, monopolium, et monopolio affines negotiationes et conspirationes. vid. FRITSCHE. *d. tr. c. 11. per tot.* Temporis ratione itaque nos admonente laborem hunc his ipsis terminamus.

COROLLARIA.

Ex Iure Ciuili Romano.

- I. In Casu l. 2. C. de Rescind. Vend. si emptor non vult supplere id quod deest iusto pretio, sed rem restituere eligit, fructus ex re illa interim perceptos restituere nullo modo tenetur.
- II. Quasi publica hypotheca ex dispositione l. 11. C. qui pot. in pign. praecise requirit etiam testium subscriptionem, adeo ut per aequipollens ei satisfieri nequeat: nec aliud obtinet, utut Iure Statutario cautum reperiarur, ut non minus Libris rationum Mercatorum aliorumue credatur, quam publicis Instrumentis.
- III. Patria potestas superveniens substitutionem pupillarem convalidare nequit.
- IV. Matri de Iure Ciuili, utut non competat facultas Liberis suis pupillariter substituendi; si tamen Statuta matri concesserint patriam, uti loqui non reformidant, potestatem, eo ipso simul ita substituendi facultatem ei concessam esse arbitramur.
- Ex Iure Feudali.
- V. In Feudo alicui pro se et heredibus, concessio licet multi etiam foeminas ac descendentes ex foeminis, ad successionem admittendas existiment; ve-

rior tamen eorum est sententia, qui statuunt, feudum nihilominus Masculinum permanere, nisi specialiter in Inuestitura conuentum, ut foeminae vna cum masculis aequaliter succedant.

- VI. *De Feudo emptionis titulo quaesito controuertitur, vtrum feudum sit proprium, num vero ad impropria referri debeat? Et licet alii tale feudum plane improprium esse statuunt, ita vt etiam foeminae cum masculis possint succedere; Alii vero id improprium dicant secundum quid, scilicet quod tale sit ratione initii, dum non gratuitum; melius tamen hoc feudum improprium esse absolute negatur.*
- VII. *Ex Feudo filio fam. concesso vsufructum Patri non acquiri, sed penes filium permanere, communior et verior est sententia.*
- VIII. *Quamuis Vasallo dispositio Testamentaria circa Feudam regulariter sit interdicta; recte tamen testatur de Fructibus perceptis et omnibus iis, quae in feudo qualitatem allodialem habent: quemadmodum et legari potest Feudum ad eum effectum, vt aestimatio debeat.*

Ex Recessib. Imperii.

- IX. *Legitimus per subsequens matrimonium an per Leges Imperii R. G. adspirare possit ad officium siue Assessoratus, siue Procuraturae, in Camera Imperii, haecenus inter DD. non satis est expeditum; Negant alii, et de illo quidem per O. Cam. p. 1. t. 3. §. 2. de hoc vero per O. Cam. p. 1. t. 18. §. 1. Dubitant alii, aut hac in parte desinire quid plane non audent: Et rectius quidem interpretatione authentica res ista decidretur; Exercitii gratia tamen hac vice sustinebimus, non improbabilem esse sententiam, quae ne quidem ab eminentiari ista dignitate ita legitimatum simpliciter exclusum statuminat.*
- X. *Hodie qua praestationem vsurarum ex mora et a tempore morae adiudicandarum, nullam amplius esse differentiam inter b. f. et stricti Iuris actiones; et generaliter in omnibus stricti Iuris aequae ac in b. f. Iudiciis ex capite morae illas deberi et peti posse ex R. Deput. A. 1600. §. So viel num. vl. oder aber ic. et R. I. nouiss. de Ao. 1654. §. anlangend. 174. plurimi quidem adstruere allaborant; Verior tamen est sententia eorum, qui defendere contrarium satagunt, et in specie quod dictis Recessibus nil obstantibus in conditione sine causa, aut indebiti, nec a tempore morae, aut litis contestatae, vsurae praestari debeant: perinde ac olim Iure Ciuili Romano illae in has actiones non venerunt, quam sententiam etiam in claram Facultatem Iuridicam in Alma hac Eberhardina Responsis non ita pridem suam fecisse accepimus.*



ULB Halle
006 380 859

3



vd 18







DISPUTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
PROPOLIO
IVSTE PROHIBITO

174
1702 26

vom rechtmäßigen Verbot
des schädlichen Vorkaufs,

Q V A M
INDVLTV MAGNIFICI ICTOR. ORDINIS
IN ILLVSTRISSIMA EBERHARDINA
P R A E S I D E
DN. MICHAEL GRASSO,
V. I. D.

4

COD. NOVELL. ET CRIMINAL. SANCT. P. P.
ET CONSILIARIO WURTEMBERGICO
DIE XII. IVN. MDCCII.

PRO LICENTIA
SVM MOS IN IVRE HONORES CONSEQVENDI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINE SISTIT
IOH. SIGISMVNDVS WERNBERGER,
N O R I M B.

EDITIO TERTIA.
TVBINGAE, MDCCLXV.

